et resurrectio ... nem. R.

Adorna thalamum tuum syon et suscipe regem christum amplectere mariam que est celestis porta ipsa enim portat regem glorie nove lucis. Subsistit virgo adducens manibus filium ante luciferum quem accipiens symeon in ulnas suas predicavit populis dominum eum esse vite et mortis et salvatorem mundi. Di. Adventis ... cione.

R. Responsum accepit symeon a spiritu sancto non visurum se mortem nisi videret christum domini et cum induceret puerum in templum accepit eum in ulnas suas et benedixit deum et dixit. P.

Nunc dimittis domine servum tuum in pace. ℣. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio t.

Oratio. Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem.

Ad missam. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. Ps. Magnus dominus. Euouae. Coll. Omnipotens sempiterne ut supra.

Lectio malachie prophete. Hec dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit dominus.

exercituum. Et quis poterit co
gitare diem adventus eius?
Et quis stabit ad videndum eum?
Ipse enim quasi ignis conflans
et quasi herba fullonis. Et se
debit conflans et emundans ar
gentum: et purgabit filios le
vi. Et conflabit eos quasi aurum et
argentum: et erunt domino of
ferentes sacrificium iusticie. Et
placebit domino sacrificium iuda
et ierusalem sicut dies seculi et anni
antiqui. Dicit dominus omnipotens. Gr.

Suscepimus deus misericordi
am tu — am in medio templi tu
— i secundum nomen tuum de
us ita et laus tu — a in
fines terre. — V. Sicut
audivimus — ita
— et vidimus — in civitate
dei nostri in monte sancto eius.
Alle luia.
V. Post par — tum virgo

in viola — ta permansisti dei
genitrix —
inter cede pro nobis. — Br.
Audi — filia et vide etc.

Secundum lucam.

Postquam impleti
sunt dies purgationis
marie secundum legem moysi tule
runt ihesum in ierusalem: ut siste
rent eum domino sicut scriptum
est in lege domini. Quia omne mas
culinum adaperiens vulvam: sanctum
domino vocabitur. Et ut darent
hostiam secundum quod dictum est in lege
domini. par turturum aut
duos pullos columbarum. Et ecce
homo erat in ierusalem cui nomen
symeon: et homo iste iustus et timo
ratus: et expectans regnum dei
et consolationem israel. Et spiri
tus sanctus erat in eo. Et respon
sum acceperat a spiritu sancto non vi
surum se mortem nisi videret
christum domini. Et venit in spiritu
in templum. Et cum inducerent
puerum ihesum parentes eius in tem
plum ut facerent secundum con
suetudinem legis pro eo: et ipse
accepit eum in ulnas benedixit
deum et dixit. Nunc dimittis
servum tuum domine: secundum

gaude maria virgo cunctas hereses so la inte

uerbum tuum in pace. Quia
uiderunt oculi mei saluta
re tuum: quod parasti ante faci
em omnium populorum. Lumen ad
reuelationem gentium: et
gloriam plebis tue israel. Offer.
Diffusa est gratia in labiis tuis. Secr.
Exaudi domine preces nostras
et ut digna sint munera que
oculis tue maiestatis offerimus
subsidium tue propiciationis im
pende. per.
Comm. Responsum accepit
symeon a spiritu sancto non
uisurum se mortem nisi uideret
xpistum domini. Quesumus. Post co.
Quesumus domine deus
noster ut sacrosancta misteria
que pro reparacionis nostre mu
nimine contulisti intercedente
beata semper uirgine maria
et presens nobis remedium fa
cias esse et futurum. per. Sancte
agathe. Gaudeamus omnes. Or.
Indulgenciam nobis domine be
ata agatha uirgo et martir
implore(t). que tibi grata ex
titit et merito castitatis. et
tue permissione uirtutis. per.
Epistola. Sapientia uincit mal. Gr.
Adiuuabit eam deus. V. Fluminis.

Tr. Qui seminant. Ev. Si
mile est regnum celorum. X. v. Secr.
Suscipe munera domine que
in beate agathe martiris tue
sollempnitate deferimus. cuius
nos confidimus patrocinio li
berari. per. Co. Confundantur superbi.
Auxilientur nobis domine
sumpta misteria. et intercede
te beata agatha martire tua
sempiterna nos proteccione con
firment. per. Sancti ualentini martiris.
Presta quesumus Or. In uirtute tua.
omnipotens deus ut qui beati
ualentini martiris tui na
talicia colimus. a cunctis ma
lis imminentibus eius inter
cessione liberemur. per. Epistola.
Beatus homo. Gr. Beatus uir qui.
V. Potens. Tr. Desiderium. Ev. Ni
chil opertum quod non. Off. In uirtute tua.
Oblatis quesumus domine placa Secr.
re muneribus. et intercedente
beato ualentino martire tuo
a cunctis nos defende periculis. per.
Co. Magna est gloria. Post co. Sit nobis
domine reparacio mentis et cor
poris celeste misterium. ut cui
exequimur actionem sentiamus
effectum. per. Cathedra sancti petri.
Deus qui Or. Statuit ei do.
beato petro apostolo tuo col
latis clauibus regni celestis

A siom me gemus ti et post per virgo m uio lara

p masisti Di ge mea m dee de p ne B

unitas ligandi atque soluendi
pontificium tradidisti. concede
quesumus ut intercessionis eius auxili
o a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. per.

Petrus apostolus Lectio epistole beati petri apostoli.
ihesu christi electis aduenis
dispersionis ponti galatie capado
cie. asie et bithinnie secundum prescien
tiam dei patris in sanctificatione
spiritus in obedientiam et aspersione
sanguinis ihesu christi gracia uobis
et pax multiplicetur. Benedictus
deus et pater domini nostri ihesu christi
qui secundum magnam misericordiam
suam regenerauit nos in spem
uiuam per resurrectionem ihe
su christi ex mortuis. In hereditha
tem incorruptibilem et inconta
minatam et inmarcessibilem con
seruatam in celis in uobis qui
in uirtute dei custodimini per fidem
in salutem paratam reuelari in
tempore nouissimo. In quo exul
tabitis modicum nunc si opor
tet contristari in uariis temp
tationibus ut probacio fidei uestre
multo preciosior sit auro quod
per ignem probatur. Inueni
atur in laudem et gloriam et ho
norem: in reuelacionem ihesu
christi domini nostri. Graduale.